

בגור :

Circà vocem כן *Exod. XVI, 15.*

POSITIONES
GRAMMATI-
CO - PHILOLO-
GICÆ,

Quas

Cum annexis Corollaris miscellis,
*Ex indultu Amplissimi Ordinis Philo-
sophorum in inclutâ Salanâ,*

Sub PRÆSIDIO

M. JOHANNIS SAGITTARII,

Rochlit. Misnici,

Publici discursus materiam proponit

HENNINGUS Eggers/ Hamburg. Saxo,

ad d. Martii, horis & loco solitis.

a. C. 56.

J E N Æ,

Literis GEORGI SENGENWALDI,

Anno M. DC. LI.

à Freio.

II. II. diss. A
010, 26

*VIRO Nobilissimo, Amplissimo Atq. Prae-Comitatu
Domino JOHANNI Reichardt, Berenios. D.
Consiliario, & Redituum per utrumque*



Plurimum Reverendo, Clarissimo & Ex-
cellentissimo

V I R O

Dn. BRANDANO DÆTRIO,
SS. Theologiæ Doctore celeberrimo, & Ec-
clesiæ Brunsvicensis Superintendenti meritissimo, vigi-
lantissimo. Mœcenati, Fautori & Promotori suo omni
honore & observantia prosequendo.

Nec non

V I R I S

Admodum Reverendis, Clarissimis, & Doctissimis

Dn. JOHANNI Fursen/
Dn. CASPARI Schachten/
Pastoribus Ecclesiæ Cathedralis Bremensis
fidelissimis, vigilantissimis, illi Avunculo suo, huic verò
cognato, jugi amore, honore, & observantia per-
petuum colendis ;

*V I R O itidem Spectatissimo, Prudentiâ & multarum
rerum usu Clarissimo,*

Dn. HENRICO ab HOYA,

Illustrissimi & Celsissimi Principis ac Domini, Dn. PHI-
LIPPI-SIGISMUNDI, Episcopi Osnabruggenis & Ver-
densis, &c. gloriosæ memoriæ, quondam Secretario dignissi-
mo, &c. Domino & Fautori suo observan-
ter honorando.

*Hanc observantia & gratitudinis tabulam
submissè suspendit*



HENNINGUS Eggers.



בהנחה :

POSITIO I.



E voce מן, quæ *Exodi XVI*,
15. legitur, varii variè. Plerique o-
mnes statuunt, esse nomē à R. מנר
& quia existimant significare donare,
interpretantur per donum ; ceu R.
David Camius in *Radic.* libro מנר

מנר וחלק כאת השם אתברך
atab'us, nec non *Verfor Bibliorum Hispanus* accedunt.
Hieronymus ab Oleastro putat מנר significare nume-
ravit : inde numerosum interpretatur. magno enim
numero ac copiâ ad instar nivis depluebat Manna.
Alii censent שרש f. radicem significare præparavit.
unde per donum præparatum explicant ; quòd fue-
rit cibus præparatus, esuique statim aptissimus. Ita è
Judæis R. Salomon Jerachi, (*Lunensem aliàs, latinò no-*
mine, adpellat Casavbonus Exerc. XVI. anti-Baron. c.
77. pag. 443.) qui explicat הכנת המון. è Christianis,
Mercerus, Tremellius, Schindlerus, Buxtorfius, & qui ho-
rum sputa avidè lingunt, ceteri plures.

I I.

Atqui contrà esse alii observant : cum, quòd ad
aliquam Ebræorum nominum formam citrà læsio-
nem Grammatices non facilè possit reduci ; tum,
quòd radix ista in Kal nullibi præparandi significan-

A

tiam

tiam habeat, ex quâ tamen Conjugatione hoc vocabulum derivandum omninò sit, si nominaliter capiatur.

I I I.

R. *Chiskia* in commentario libro super Pentatevchum, qui *Chaskuni* inscribitur, esse Man בלשון מן כצרי כמו מה בשון עברי commentatur. Valde hoc se mihi probat, inquit celeberrimus J. Drusius ad difficil. II. Exodi p. 149 neque restat, nisi ut aliquis ejus lingvæ peritus, nos in ea sententia planè confirmet. — — Rei firmandæ sunt consequentia verba: Primum illud quod ait: nesciebant enim quid esset; deinde responsum Mosis: Hic est panis. Nihil porro absurdi, si dicamus Israelitas, qui tot annos in Ægypto triverant, usos fuisse particula ejus lingvæ. Hæc Drusius l. cit. Qui cum facit Barthol. Mayerus prodromo Philol. S. part. I. p. 136. cui Ægyptiaca in Mose hinc inde venari, solenne est.

I V.

Sed verò quum Ægyptiorum lingva (pura sc. ac vetus; quæ enim hodiè superat, confusum quoddam chaos, & recens est inventum: eaqve maximam partem cum Græcâ, ex quâ videtur esse deducta quoque, congruit, & peculiariter *Coptica* vocatur) jam tum olim ætate hujus Albonis esse desierit, satis certò hoc dici nequit.

V.

Ludovicus de Dieu, in *Syriasmò* vir incomparabilis, *Grammat. Lingg. Orient.* p. 142. & qui eum hac in parte sequitur, *Cl. Trostius*, *Gramm. Ebr. gener.* p. 77. edit. noviss. censent, יד esse pronomen, quò de re interrogent Syri, vice integri עו יד. quod יד suum omninò abjicere, ostendit laudatus *Dieu* p. 145.

VI. Et

V I.

Ethunccē sensum ipse contextus non abnuit a-
deò, & idiotismus lingvæ. Nam non solum antecedunt
verba ista : ויִאמְרוּ אִישׁ אֶל אֶחָיו, quæ loqvendi for-
ma sæpius interrogationem infert : sed & mox quæ-
stionis hujus causa videtur subjungi, dum Θεόπνευστος
scriptor לֹא יָדְעוּ מִה הוּא pergit.

V I I.

Consentiunt quoque translationes aliorum. E
Targumim Onkelos μεταφράζει: הוּא מַה, quid est hoc.
Similiter & Jonathan: הוּא מַה. LXXII. senes Græ-
ci : τί ἐστὶ τῆτο ; & vulgarius Interpres : quid est hoc ?
Quibus etiam disertissimus ac nobilis gentis suæ histo-
ricus, Flav. ad stipulatur Josephus : καλῶσι δὲ, scribens
lib. III. Αρχαιολ. C. I. Εβραῖοι τὸ βρωμα τῆτο μάνα : τὸ
τῶ μᾶν ἐπερώτησις κατὰ τὴν ἡμετέραν διάλεκτον, τί τῆτ' ἐστὶν
ἀνακρίνυσα. quamquam postrema ferè verba ea : κατὰ
τὴν ἡμετέραν διάλεκτον, malè fortassis addita sint : quò de
videbimus in discursu.

X I I.

Cæterum opponit sese Diev sententiæ vir quidam
Clarissimus : (1) nō verosimile est, ait) Syr a hic dixisse Ju-
deos, qui antea semper Ebraica locuti erant. Nec (2) ulla
ratio aut necessitas ad fuit immutata lingua ; æquè enim
facilè potuissent quærere de Pane cæitùs dato (si mens ro-
gandi ipsis fuit per pronomen Ebraicum interrogativum
הוּא מַה, quæ per pronomen Syriacum הוּא מַה. (3)
Nec aliud dari potest exemplum, ubi hoc pronomen inter-
rogativum Syriacum in fontibus occurrat. (4) In resolu-
tio e autem à Lingvâ communi & fundamentali ad diale-
ctum lingvæ præter necessitatem non est excurrendum.

A z

(5) Li-

(5) Licet etiam quandoque apud Syros Dsekopho mutetur
in τ , abjectio tamen $\tau\omega$ \rightarrow in isthoc pronomine rara o-
mninò est, & vix ullius exempli. Hæc ille.

I X.

Nos equidem, quod alteri $\delta\omicron\zeta\acute{\alpha}\epsilon\sigma\iota\nu$ præstet, in
præsenti charta jam non decernemus, id per confli-
ctum cognituri demùm: esse tamen non planè nulla,
quæ reponi possent, si quis volet, cui hæc talia oppo-
nantur, omninò confideremus. Ad (1) forsitan re-
sponsurus alter negaret consequentiam ejus: Judæi
semper Ebræa locuti sunt antè. E. & hic. Certè Da-
vid, Judæus & ipse, aliàs locutus Ebræa, in illò tamen,
Psalmi II. 9. נשקו בר פן יאנה (i.e. osculamini filium,
ne fortè irascatur; quo modo & Syrus: נשקו ברני
(*Syriaco quodam usus fuit. Quod & Salo-
mon Proverb. XXXI. 2.* fecit. Tacemus dictiones alias,
quas à Syris mutuò quasi accepisse sanctæ lingvæ homi-
nes, passim adparet. Ad (2) instaret fortè, quæ ratio
aut necessitas immutatæ lingvæ alibi fuerit, similiter
sciscitando; nec, quod à posse ad esse procedit, admit-
teret documentum. Ad (3) $\tau\omega$ \rightarrow $\tau\omega$ prater
locum *Genes. XXXI. 47.* nuspiam in fontibus Ebræis
occurrere, & esse nihilominus tamen citrà controver-
siam Syra, $\epsilon\upsilon\sigma\alpha\sigma\iota\varsigma$ iterùm esset. In (4) benè dici: ab E-
bræâ ad cognatam lingvam prater necessitatem non esse
excurrendum, absque dubio animadverteret. In præ-
senti verò necessitatem cogere, cum in numerum ac-
censum Ebræarum vocum $\tau\omega$ vix tutò referri possit.
Ad (5) quæ reponeret, fortassis essent ista: imò perpe-
tuum fermè esse, Dsekopho Syrorum transire in τ , ac
abjectionem præterea $\tau\omega$ \rightarrow in isthoc pronomine ex
Diev & aliunde sibi constare: quæ quidem rara sit;
rarum

rarum autem quodvis esse statim falsum, sibi non posse persuaderi.

X.

Alius doctissimus Vir י nostrum Ismaelitici sermonis interrogandi voculam esse sentit. Cui nos, quod י apud Arabes per (-) sit, & de persona, non de re (quod נ facere novimus,) interroget, adsentiri nullo modo sinimur.

XI.

Ob signaturi theses, quid super hac voce *Cornelio à Lapide* visum, subjungemus adhuc prius. Hic homo putat $\text{נ$ י factum esse ex $\text{נ$ י , inserto י paragogico. Perperam prorsus. Nec hilum ipsum juvat locus *Jesaja III. 15.* Etenim י in $\text{נ$ non est paragogicum, sed particula inseparabilis, affixo נ præposita. Quod & Masorethæ, Critici sacri, ibi notant, coaluisse particulam istam ex י & נ . Porro locus quoque *Psalmi LXI 8.* alienus est; tum quod י non cum (-) sed (-), tum quod isto loco verbum, haud pronomen, quale י , sit.

EPIMETRA MISCELLA.

Verum est, quod eruditissimus Anglus, *Nicolaus Fullerus* *Miscell. Sacr. l. III. c. 20. p. 451.* scribit, Arabicam non nescivisse posteriores Rabbinos. Eâ enim R. *Abben Esra*, (quod videre est ex ejus ad *Genes. I, 1.* commentatione, ad *c. XII, 12.* ad *Exod. XV, 1.* & ad *Amos. V, 8.* &c.) R. *Moses Majemon*, R. *Samuel Abben Tibbon*, & alii

excelluerunt. ut & R. *Saadia Haggioni* cō-
tigit, qui Pentateuchum vertit Arabicè.
Ejus autem laudatum הכח s. *Sapientem*
fuisse sententiæ, ut esse כן Arabicam vo-
cem ipse statueret, quod ei quidam, in the-
sibus suprâ citatus auctor imputat, falsis-
simum est.

II. ^{לשש} *Jeremia XXV, 26. c. LI, 41.* Ba-
byloniis cultum Numen fuisse, idem cum
Schaca, docti existimant. nos vehementer
dubitamus, quòd testimonium fide digni
scriptoris vetusti proferri posse despere-
mus.

III. Adulteros in Republ. Judaica non
lapidandos, (quæ communis sententiæ) sed
verò strangulandos fuisse, probabimus.

IV. *Ὡσαννά τῷ υἱῷ Δαβίδ, Matth XXI.*
9. B. Lutherus in Postilla German. Witte-
berg. anno 1530. reddit: *Gib doch Heil*
dem Sohne David: & *Ὡσαννά ἐν τοῖς*
ὑψίστοις, gib doch Heil in den allerhöch-
sten/Dominic. Adv. At Domin. Palma-
rum ibid: Hosanna in der Höhe.

V. Rectè

V. Rectè secundum fontem in quadam edit. Bibl. Germ. Lutheri, quæ Anno 1609. Argentorati est excusa, *Rom. V, 15.* legitur: **Durch die Gnade des einigen Menschen Jesu Christi.**

VI. Malè *Osiander* in Comitibus *Wormatiæ* contendit adversus *Philippum*, τὸ ἀφέναι, *Luc. VII, 47.* esse conjunctivum: & malè hinc remissionem peccatorum mulieri peccatrici categoricè denunciatam negavit.

VII. Αββα, *Marc. XIV, 36. Rom. VIII, 15. ad Gal. IV, 6.* Ebræa, vel potius Syriaca, non Græca vox est; quod quidem posterius *Ludov. Capellus* in *Spicileg.* p. 47. & *H. Grotius* annotat, ad *Marci* cit. loc. & ante hos augustissimus *Patrum D. Augustinus* Ep. *CI XXVIII* p. 769. adserunt.

IX. Rectissimè contrà idem *Grotius*, Arabem *N. Testam.* paraphrasten Syro recentiorem esse, & non rarò Latinum sequi: ad *Luc. II, 22.* annotat. Cui gemina ferè *Joh. Seldenus*, (hodiè *Parlamenti Anglici*

glici Adseffor,) l. IV. de jur. nat. & gent. secundum Ebr. c. 2. fol. 480. dum Arabicam Vulgatæ omninò versionem esse profite-
tur.

IX. Cum *Aristoteles* l. 1. prior. Analyt. cap. ipso 1. Syllogismum per Λόγον definit, per vocem τοῦ λόγου Orationem potiùs, quàm Rationem intelligere nobis quidem putatur.

X. Ad sensum cohibemus *Guil Amelio*, in suis philosophematis scribenti, Ethicam inter Christianos non esse tolerandam, quòd omnia, quæ ad mores formando pertinet, in sacris literis habeantur.

כִּילָא





Dum te sudantem vigili certamine a-
moenis

Pieridum in castris, & iustâ singula lance
expendentem, quin Cathedræ committere
vires

ingenii Doctorum cerno; laudibus orno
egregios conatus, pulcros gratulor ausus.

Perdus & pernox mensis acumbere per-
ge

Aonidum, sacrasq; dapes libare, memento
Verum animæ esse cibum, qui nutrimenta
ministrat

instar cœlestis Mannæ, prædivite venâ,
nectarea: invidiæ spissâ sine nube nocivæ
ut nobis liceat tranquillam ducere vitam.
Hæc tibi cura siet princeps, sic itur ad astra!

*EGGERO felices in studiis progressus, ut Domini affi-
nis, JOH. FURSENI, viri de Ecclesiâ & vineæ
Christi meritissimi, amici sui singulariter ho-
norandi, vestigiis insistere valeat, exoptat*

GUERNERUS ROLFINCK, Phil.
Med. D. Pract. & Chim. P. P. Medicus
Ducalis Saxo-Vinariensis.

B

Hyems

Herems recessit; appropinquat ver novum
Sereniore mulcet aura sidere
Benigna campos. Sumen agri nobile
Prodit: relaxant arva pregnantes sinus:
Subindè in auras gramen exerit caput.
Hirundinam Bistboxis tignis domum
Suspendit ales. Dulce carmen gutture
Canit sonoro alauda. Ludit exiens
Favis juventus. Nunc videmus singula
Negotiosa. Tu quoq; hinc non perdere,
EGGERS, inani tempus otio cupis:
Sed disputatione sistis publicâ
Laboriositatis impigerrime
Testem. Vetustum concino FELICITER:

Amico & συνοίχω charissimo

M. Johannes Franzius,
Zittaviâ - Lusatus.

TE certè, Præstans HENNINGI, Musa benigno
excepit fovitque sinu, Te flumine tinxit
Pegaseo, fecit Te sacro melle madentem,
dum sanctum dulcemque cibum pietatis alumnis
offers, quem cupiunt doctis gustare labellis;
Conducat multis, profit Tibi, sitque saluti.
His tua laus volitat disertâ per ora Virorum,
& Te (crede mihi) ditabit mulsea Pallas
melle saporato, mitraque ornabit Apollo.

Eximio Dn. Respond. Fauteri & Amico suo
colendo scrib.

Hermannus Barckhaus,
Hervord. Westphal.

F I N I S.

Coll. diss. A. 100, mixt. 26